



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

26. Septembris. Ex tepore pariter, & fervore nimio morbi animi
proficiscuntur. S. Ignat. in Epist. Hispan.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

26. Septembris.

*Ex tepore pariter, & fervore nimio morbi
animi proficiscuntur. S. Ignat. in Epist. ad
Hispan.*

QUæ humanæ vitæ, ut sana sit, eadem
sanæ mentis, ut meritoria sit, debet
esse constitutio; illam humorum, hanc a-
fectuum temperies conservat. Seu calor,
seu frigus excedat, actum est de utraque.

Quid interest, quis tibi meritum suffi-
retur, fervor, an tepor nimius? Equilibrio
tum est, quod à casu funambulorum præfer-
vat: magis ardua virtutis est semitas; in hac
absque æquipondio ruinam, non progres-
sum, meditaris.

Ut jaculator centrum, ita virtutis ses-
tator medium semper respicere debet, ne
à præmio aberret, à quo seu per excessum,
seu per defectum abeas, par vitium est,
errasti.

Inter hostes consistit virtus, quorum
quilibet satis est ad iter impediendum; &
acedia, & nimia sui fiducia sterni debet, ut
per eorum cadavera, tanquam per gradus
ad virtutis apicem veniamus. Sic sol per
monstra progreditur.